UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jnstitutio moralis philosophie metrica

Horatius Flaccus, Quintus

Dauentrie, 1504

Argumentum epistole. ix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70184

Visual Library

ſit. ſed quia varijs perturbationibus afficiatur animus ſuus atq̃ in omni vita ſumma vtatur in cõſtantia. neq̃ tñ recta monẽtibus amicis ⁊ philoſophis obtẽperare velit Hec ſibi ineſſe fingit q̃ tamen in Celſo erant. Sʒ qm̃ homo ſupbus in his corrigi iniquo aĩo ferret. tentat illũ exemplo ſui a vitio auertere. nam multa vitia in alio cognoſcimus, ac ſummopere damnamus. que nimio amore noſtri in nobis eſſe negamus. ſed cum in alijs audimus nulla reprehenſione irritati. ſed vero iudicio moti. tunc demũ ad nos reuerſi nos illorum pudet

Celſo Albinouano

Celſo gaudere ⁊ bene rem gerere Albinouano
Muſa rogata refer comiti ſcribeq̃ Neronis
Si queret: quid agam dic multa ⁊ pulchra minantem:
Viuere nec recte nec ſuauiter: haud quia grando
Contuderit vites: oleamq̃ momorderit eſtus
Nec quia longinquis armentum egrotet in aruis
Sed quia mente minus validus quam corpore toto
Nil audire velim: nil diſcere: quod leuet egrum
Fidis offendar medicis: iraſcar amicis
Cur me funeſto properent arcere veterno
Que nocuere ſequar: fugiam que profore credam
Rome tibur amem: ventoſus tibure romam
Poſt hec vt valeat: quo pacto rem gerat ⁊ ſe
Vt placeat iuueni percunctare: vtq̃ cohorti
Si dicet recte primum gaudere: ſubinde
Preceptum auriculis hoc inſtillare memento
Vt tu fortunam: ſic nos te celſe feremus

Argumentum epiſtole. ix.

Hec magna ep̃la eſt nec ex abdito ei⁹ eruenda ſentẽtia cõmẽdatitia eſt ⁊ in gñe deliberatio ſcripta cuius finis ẽ vtilitas atq̃ honeſtas Oſtẽdit autẽ maxime pudorẽ nõ mediocrẽ nos ſeruare oportere ſi quẽ magno viro cõmendam⁹. ne forte inſolẽter vi

deamur quicquā nobis ꝑ ambitōem arrogare magis quā officio coacti petere. Captat ergo beniuolentiā a ꝑſona ſua. q̄ niſi officio ſa neceſſitate cogat ſibi moleſtus nō ſit futurus Oſtendit petitionem honeſtā q̄ ꝛ amicū ꝛ ſtudioſum hoīem ꝯmendat. Oſtēdit vtilem qn̄ a docto doctus doctrine fructū capere poſſit.

¶ Ad Claudium Neronem

Septimius claudi nimirum intelligit vnus
Quanti me facias: nam me rogat ꝛ prece cogit
Scilicet vt tibi ſe laudare ꝛ tradere coner
Dignum mente: domoq̧ legentis honeſta Neronis
Munere cum fungi proprioris cenſet amici
Quid poſſim videt: ac nouit me valdius ipſo
Multa quidem dixi cur excuſatus abirem
Sed timui mea ne finxiſſe minora putarer
Diſſimulator opis proprie: mihi commodus vni
Sic ego maioris fugiens opprobria culpe
Frontis ad vrbane deſcendi premia: quod ſi
Depoſitum laudas ob amici iuſſa pudorem
Scribe tui gregis hunc ꝛ fortem crede bonumq̧.

¶ Argumentum epiſtole .x.

Oſtendit poſſe q̄rem hoīes in ꝓbitate vite. ꝛ in omni ꝟtute ꝯuenire. ꝛ tñ in ipſa vita vario viuēdi gn̄e delectari Componitq̧ vrbanā ſimul ꝛ ruſticanā vitā ſed ꝓponit ruſticanā vitā qm̄ maioris ocij ſit ad tranquille viuendum ꝛ minora ꝛ minꝰ multa inſtrumenta exigat

¶ Ad Fuſcum ariſtium

VRbis amatorem Fuſcum ſaluere iubemus
Ruris amatores: hac in re ſcilicet vna
Multum diſſimiles ad cetera poene gemelli
Fraternis animis: quicquid negat alter ꝛ alter
Annuimus pariter vetuli notiq̧ columbi